Longitudine dierum replebo
eum, et ostendam illi salutare
meum. Dextere dei est ista promis-
sio, immo est dextere quam sibi olim
sanctus porrigi optabat. Aperi ma-
num tuam, porriges dexteram. De-
lectationes in dextera tua usque in finem.
Hanc nimirum sibi et ille porrigi opta-
uit, qui optimum dexteram ut David ait
uitam petiit a te, et tribuisti ei longitu-
dinem dierum. Hinc sapiens dicit. In
sinistra illius diuicie et gloria, in dextera
autem longitudo uite. Ubi dies [illegible]
in exterminabiliter longitudo dierum.
Gratias ei qui suauiter omnia et fortiter
disponit. Ubi autem dierum bonitas, et
unitas que non deerit. Itaque longitudo
dierum replebit eum, quem non lux uera
reficere, non eterna implere non potest. Si
quidem nec longitudo illa terminum,
nec claritas illa occasum, nec sacie-
tas illa fastidium habet. Erit enim se-
curitas de eternitate, glorificatio de ue-
ritate, exultatio de sacietate. Et ostendam
illi salutare meum. Nimirum extunc
uidere merebitur quod optauit, cum sibi
rex glorie gloriosam exhibebit ecclesiam
non habentem maculam ob splendorem
diei sed neque rugam ob continuam
plenitudinem sui. Vel sic. Ostendam
illi salutare meum. Non in fide erudiam,
non iam exercebo in spe, [illegible] specie adim-
plebo et ostendam illi salutare meum
ihesum meum, ut in eternum iam uideat
in quem credidit, quem dilexit,
quem optauit.

Testimonia tua domine credibi-
lia facta sunt nimis. De re-
missione quidem peccatorum teneo
ualidissimum argumentum
dominicam passionem. Vox quidem sanguinis
eius inualuit multo plus quam
uox sanguinis abel, clamans [illegible]
cordibus electorum remissionem peccatorum.
Traditus est enim propter peccata nostra. [illegible]
dubium quin potencior et efficatior [illegible]
mors illius in bonum, quam peccata nostra
in malum. De bonis autem operibus argu-
mentum nichilominus efficax est eius re-
surrectio, quia resurrexit propter
iustificationem nostram. Porro de spe
premiorum testimonium est eius ascen-
sio, quia ascendit propter iustificatio-
nem et glorificationem nostram. Hec ta-
habes in psalmis. Beatus uir cui non
imputauit dominus peccatum. Beatus uir
cuius est auxilium abs te. Beatus quem ele-
gisti et assumpsisti. Hec est uera glo-
ria inhabitans, quia ab eo est qui ipsi-
de habitat in cordibus nostris. Filii uero
adam gloriam que ab inuicem est que-
rentes, gloriam que a deo est nolebant,
sic gloriam extrinsecus fluentem
sectantes habebant gloriam non in se
metipsis sed in aliis. Sic ergo inhabitat
hec gloria etiam in terra nostra, si misericordia
et ueritas obuient sibi et sese iusticia
et pax osculentur. Preueniente siquidem
misericordie ut ueritas nostre confessionis
occurrat necesse est, ac de cetero pa-
cem et sanctimoniam sequamur [illegible]
nemo uidebit deum [illegible] ane ministri
[illegible]ti. Ex hoc unige